

initam communi tam nostrorum, quam ipsorum consiliariorum discreto consilio in unum  
 convenimus in hunc modum, quod ipsis comitibus concessimus in feodo, quicquid  
 [Fret]horicus comes de Wildungen patruus noster habebat in Cygenhagen infra fossata  
 castris eiusdem et ministeriales [eidem] attinentes ipsis dimisimus, ita quod quicumque  
 5 tunc temporis habuerunt uxores ministeriales nostras, nobis simplici[ter cedent et alii]  
 quicumque de eadem familia Cygenhagen ministeriales essent mansionarii trans Fuldam.  
 Renuntiavimus [etiam] omni iuri, quod videbamus habere in castro Stouphenberch, et  
 quod non debemus edificare, quod dicitur bu[rch]lich geb[u] in [eorum] proprietate vel  
 comitia vel advocatia vel emere in eorum preiudicium [alia bona] a coheredibus ipsorum  
 10 et precipue hec duo dimittemus in Treyse nec [eorum homines, cuiuscumque conditionis  
 sint, recipere in mansionarios vel apud nos locare, nisi vel iure vel am]icia ipsorum ab  
 ipsis fuerint separati. [Versa vice] ipsi comites eodem modo, sicut predictum [est, in  
 nostrum] preiudicium non debent edificare nec homines nostros recipere. Renuntiaverunt  
 etiam iuri, quod videbantur habere [in castris Richen]bach et Keseberch. Debent etiam  
 15 intra annum, quando a nobis fu[erint] requisiti, dimittere dominis, videlicet imperio vel  
 Mog[untino vel Fuldensi vel] Hersueldensi abbatibus, ad c̄c talenta et procurare concedi  
 nobis et de ma[nu] nostra recipere illa. Promis]erunt etiam predicti comites fide data et  
 in reliquiis iuraverunt se nostros semper esse adiutores contra quemlibet hominem [preter  
 Roman]um imperium, et nos fideliter ipsis promissimus eos fovere et adiutores eorum esse  
 20 contra quemlibet hominem excepto Romano imper[io]. Ut autem] hec, que premissa sunt,  
 inviolabiliter observentur, posuimus fideiussores ex utraque parte. Nobiscum promiserunt:  
 Rodolfus pincerna de Va[rila. D]ymmo de Slidese. Dudo de Lapide. Fre[the]ricus  
 de Thriurde. Guntherammus de Marpurch. Helfricus de Rodenberch. Witheroldus  
 de [Reingoteshusen]. Conradus de Eluene. Cum comitibus autem: Heinricus de Ochters-  
 25 husen. Conradus de Wintersceid. Ekkehardus Coppelin. Br[uno] de [Turri. R]odericus  
 Osse. Bernhelmus. [Lodewicus de We]rterseim. Acta Marpurch anno verbi incarnati  
 m̄. c̄c. x̄x. iij., [vi. kal.] decembris, indictione [v̄i]. Testes [aderant: Come]s Poppo de  
 Hynnenberch. Comes Heinricus de Suarzburch, omnes fideiussores [antefati]. Ekk[e-  
 har]dus de Hapesvelde. [Widek]indus de Holtteim et alii quam plures; feliciter amen.

30

(SD.)

491.

*Pfalzgraf Konrad bekennt, daß das Kloster Walkenried 5<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Hufen zu Hofen bei Bilzingsleben, welche Rudolf von Bülzingsleben von demselben für Geld auf Lebenszeit besessen und die nach dem Tode vom Pfalzgrafen zurückbehalten waren, von Neuem in Besitz genommen habe.*

35

Weißensee 1233.

*Hilschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S.; an rothen, blauen und weißen Wollfäden, = Taf. XIII. 4.  
 Phot. II. St. A.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Conradus comes palatinus  
 Saxonie pre]sentibus et successuris innotesco, quod fratres monasterii Walkenredensis